



Disputatio medica inauguralis de apoplexia

<https://hdl.handle.net/1874/342817>

6

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE
APOPLEXIA,

QUAM

PRÆSIDE DEO TER OPT. MAX.
Ex auctoritate Magnifici D. Rectoris,

D. JOHANNIS MUNNICKS,

Reip. Ultrajectinæ Poliatri , atque in inclyta ejusdem Academiâ
Medicinæ Anatomes & Botanices Professoris Ordinarii,

NEC NON

Amplissimi Senatus Academicici consensu & Alma

Facultatis MEDICÆ Decreto,

PRO GRADU DOCTORATUS ,
Summisque in M E D I C I N A Honoribus

& Privilegiis ritè consequendis ,

Eruditorum Examini subjicit.

WILHELMUS HENRICUS van SPYCK , Moersenis.

Ad diem 7. Maii , horâ locoque solitis.



ULTRAJECTI,

Ex Officinâ **FRANCISCI HALMA** ; Academiæ
Typographi , clo Ioc LXXXV.

V I R O

Celeberrimo Expertissimo ac Doctissimo

D. JACOBO VALLAN,

Med. Doct. & in illustri Academia

Ultrajectina Med. Pract. & Institut.

Profess. Ordinario ; Studiorum suo-

rum fundatori unico , Præceptori

dignissimo , Promotori observando

& in æternum colendo.

Hanc Inauguralem dissertationem animitus

Offert & Consecrat

WILHELMUS HENR. van SPYCK.

A U C T O R.



DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

APOPLEXIA.

THEISIS I.



Um nemini, ob consuetudinem, à multis
huc usque annis introductam Docto-
ris gradum, in hac illustrissima Academia,
ambire liceat, priusque specimen aliquod
eruditio[n]is suæ in lucem ediderit, mihi
pro lemmate Academico, quoad modu-
lum mei intellectus, non vero pro ma-
teria dignitate ventilandam breviter selec-
gi Apoplexiā, morbum profecto acutis-
simum, quo miserum genus humanum infestatur, soporosorum
etiam affectum, quibus vulgo annumeratur, gravissimum, non
essentia, sed gradu saltem ab illis diversum. Faxit Deus T.O.M.
ut sit ad nominis sui gloriam & proximi salutem.

I. I.

Dicitur Apoplexia, ab τῆς ἀπόπληξις, quod homo, quasi ful-
mine ictus, aut victima ad aram cæsa, subito corrut. Latinis
morbus syderatus & attonitus vocatur, quemadmodum ægriful-

A 2 mine

mine concidunt; nonnullis quoque paraly sis universalis nuncupatur, quod omnium partium motus & sensus auferuntur, Belgice de flagr of hercere hept. Qui de Etymologica explicazione plura desideret, Lexicographos consulat. Nos potius accingimus ad indagandam definitionem.

III.

Quæ licet varia, à variis proponatur Authoribus, sequentem nos statuimus, *Apoplexia, repentina mentis est confernatio cum motus & sensus, omniisque animalis functionis in toto corpore privatione, aliqua tamen ex parte, conservata respiratione.*

IV.

Ex definitione simulque effectis profluit, afflictam hujus morbi partem cerebrum esse ejusque præ cæteris spiritus incolas, & nervos, tanquam sensus motusque organa.

V.

Antequam vero prædictarum functionum animalium privationis modum aggrediamu, non incongruum erit, tam partium motus efficientium quam motus & sensus inservientium brevis deliniatio. Dicimus has subtilissimas, nobilissimas atque agitatissemas, massæ sanguinea particulas, ex cibo potu chyloque productas, in cerebri substantia corticali, spirituum officina, à sanguine arterioso sequestratas, in medullari ad sensum motumque efficiendum reservatas; horum spirituum organa nominantur nervi, in colliquamento ex semine exorti, à multis quasi minutissimis fibrillis (membranula circumducta) compacti in cerebro à spinali medulla tanquam illorum principio progressi, hinc per totum corpus ad motum sensumque inserviendum in musculis dispersi & disseminati.

VI.

Mediante apparatu spirituum prædictorum duplex ille & voluntarius & spontaneus, perficitur motus; at primus, per animæ imperium, ad cuius voluntatem, ob naturæ legem, spiritus (cerebrum semper perreptantes) mox influunt in nervos

vos motui voluntario dicatos, quasi protrudendo spiritus illos; antea in muscularum tubulis existentes, istos inflando & expandendo contrahunt musculum motumque efficiunt. Spontaneus vero per nervos paris vagi, & spiritus, ex cerebello partim profiliens atque ab anima independentes peragitur, qui posterior causa est superstitis aliqua ex parte respirationis, aliorumque motuum naturalium in predicto nostro affectu. Similiter sensatio externa, à partibus memoratis perficitur, motu, ab objectis externis filamentis nervorum impresso, ac ad animæ sedem propagato.

omnium functionum animalium, in definitione proposita, privatio à materia, cerebrum vel affatim obstruente aut insigniter comprimente, coarctanteque ita, ut ad organa motus ac sensus, commeatus spirituum animalium prohibetur, ortum habet.

Quamvis autem, varix hujus affectus statuantur cause, ut spirituum animilium defectus, insufficiens generatio, illorum dissipatio, vapor narcoticus, & cum *Fernelio* humor melancholicus, nos frequentiorem plurimamque causam cacoehymiam pituitosam, aut colluviem serosam, pronunciamus, licet nonnunquam à Plethora ac sanguine, cerebri tumore ac pure inde producto, causisque externis, procedat.

I X.

Oritur vero causa antecedens, memorata cacoehymia pituitosa, à saburra pituitæ in ventriculo intestinisque ex intemperie frigida ac humida totius corporis congregata, communicando alias massæ sanguinæ particulas, illam inficiendo, scèque per arterias carotidas & vertebrales in cerebrum & principia nervorum copiose infundendo ista infasciendo & obstruendo, unde influxus spirituum animalium ad organa sensus ac motus denegatur, repentina mentis consternatio, Apoplexiaque inducitur.

X.

Nonnunquam, à Plethora, hic affectus originem trahit arterias carotidas extra modum ob sanguinis quantitatem & motum

6 DISPUTATIO MEDICA

inordinatum, summo cum impetu, in cerebri circumferentiam impulsum, distendente & dilatante, meatusque cerebri adeo coarctante, ut sanguinis regressus per venas jugulares plane denegetur, universum cerebrum interim & præcipue principium nervorum ac spirituum organa, adeo comprimantur, ut inde influxus eorum impediatur. Non minus inducitur à sanguine (causa nempe quædam externa, iætu, concussione, capitis vulnere, vel interna vasis apertione aut ruptione) ad cerebri basin effuso. Præterea à tumore & ipsius incremento, vasa maximè coarctantur, spirituum influxum sensim lœdendo, nisi rupto tumore, vasa à pure rerente & affatim obstruantur & apoplexia promoveatur.

X I.

Utriusque hujus humoris causas procataracticas in rebus non naturalibus quærimus. Aër quatenus frigidus humidus ac insalubribus ventis perflat, corpora nostra vel inspirando aut per poros ingrediendo pituitam promovendo ac solvendo hujus affectus causa esse potest. *Aphor.* 16. & 23. *Set. 3.* quatenus vero aër ob multam ætheris subtilis admixtionem valde calidus & æstuosus, bilemque generans, coque nomine sanguinis effervescentia potentioris, & ex consequenti plethoræ causa existit, Apoplexiæ facit.

X I I.

Simili modo, cibi & potus frigidi humidi ac pituitosi, ut, diversa legumina, fructus varii, maturi & immaturi, pisces viscosi, crassi & exsiccati &c. crassos ac crudos humores producentes, fermentum ventriculi ac intestinorum debilitando in pituitam facescant ac prædictum morbum causantur, sicuti vitulus euclymus, copiosus & aromaticus, sanguinem copiosum generando, eundem affectum suo modo excitat.

X III.

Identidem à somno diuturno torpor, cerebri humiditas, laxitas & pituita.

X I V.

A solitæ evacuationis suppressione, ut pituitæ excrementitiae, per

per palatum & nares, menstruorum in fœminis, hæmorrhoidum
in viris, Apoplexia exoritur.

X V.

Contingit deinceps hic affectus, vario respectu, à motu, aut
quiete deficiente vel excedente, sic, qui exercitiis assuetus, illa,
ipſi ſubito (vičtu tamen laudabili utendo) ſubtrahantur, facile
plethoraicus, in Apoplexiā ruit. Eodem modo, si plethori-
cus, ſolito vehementius moventur: Ab otio & quiete, è con-
tra generantur humores vitiosi, crudi & pituitosi, cerebri mea-
tut recrementis infarcientes actiones hebetantes, prædictumque
malum inducentes.

X VI.

Ab animi passionibus, inter quas facile prævalet ira, & mæror
ſubitaneus ipſo conſentiente *Hipp. Aphor.* 56. ſect. 6.

X VII.

Enarratis hoc pacto, tam proximis quam remotis cauſis, per-
gemus ad differentias, quas vulgari modo diverſorum authorum
conſenſu in quatuor diſtinguiſimus gradus, in levem, vchemen-
tem, fortiorem & fortiſſimam: in quorum primo reſervatur in
reſpiratione aliquis ordo, quæ in veheſente cum violentia qua-
dam inæqualis ac inordinata, reperiſtur. In fortiore percipiſtur
illa cum ſumma violentia, conjucta ſtertore & ſpuma circa os,
in ſummo vero protinus, cum ſenſu & motu, morte ſubsequen-
te reſpiratio ceſſat. Hic reliquias diſferentiis omissis adjungam
pituitosam & ſanguineam.

X VIII.

Signa ſtatuantur duplia, alia enim imminētis præludia,
alia pathognomonica. Imminētis ſunt gravitas cum ſomno-
lentia capitis, corporis totius ſeignior motus, vertigo frequens
cum oculorum obtenebratione, in ſomno dentium ſtridor, faciei
ac capitis tumor, corporis ac linguae tremor, rerumque oblivio
ac mæſtitia.

X IX.

Pathognomonica, præſentem Apoplexiā demonstrantia, &
à cognoscendis.

8 DISPUTATIO MEDICA

à cognitis affectibus eam discernentia, sunt, repentinus casus, motus sensusque privatio, depravata faciei figura, palpebrarum suspensio aut clausura, lachrymæ involuntariæ, oris hiatus, pulsus interim plenus fortisque, nonnunquam & ani & vesicæ sphincter resolvitur, respiratio difficilis magis ac minus.

X X.

A cognatis, præcipue soporosis morbis, quorum Apoplexia dicitur affectus gravissimus, eam discernimus sc. à comate seu cataphora; ubi æger à somno profundo excitatus oculos aperit ac respondet, moxque iterum profunde dormit: in lethargo habetur somnus comati similis, sed cum febri & nonnunquam delirio: à caro, febri experte, æger excitatus, oculos vix aperit & non respondet sicut in prædictis, attamen vellicatus sentit, integra manente respiratione. In Apoplexia è contra, omnis motus & sensus (excepta respiratione omnibusque motibus naturalibus) desinit.

X X I.

Signa causarum satis manifesta sunt ex iis, quæ pituitam aut sanguinem, redundare docent, de quibus authores, satis.

X X I I.

Prognosin desumimus r. ex Aphor. 51. sèt. 6. quicunque sanire rente capitis doloribus corripuntur, & statim obmutescant ac stercent, intra septem dies pereunt, nisi febris eos prehenderit; quæ vehemens desideratur, ut materiam pituitosam & obstruentem, attenuando, dissolvat. 2. Quæ phrenitidi aut lethargo succedit, lethalis habetur. 3. Ex Aphor. 42. sèt. 2. solvere fortem apoplexiā impossibile, debilem non facile; si dissolvitur, facile in paralysin degenerat. Apoplecticis, à difficii respiratione frigidus sudor super veniens, lethale. In genere est acutissimus & periculosissimus morbus, plurimos ad interitum ducens.

X X I I I.

Hicce absolutis, restat Curatio, quæ ratione causarum, varia instituenda; si affectus itaque, à plethora, omnes partes cerebri maxime comprimendo exortus, venæ sectione quam primum, consentiente atate, corporis habitu, viribusque succurrendum, massam

INAUGURALIS.

9

Massam sanguineam minuendo, eique transitum liberiorem reddendo, vasisque evacuatis compressionem auferendo. Sanguis interim si in cerebro grumosus factus, salibus volatilibus fluidior faciens, exhibendaque illa, quæ spiritus ad motum excitant, maxima adhibita cautela: de quibus in pituitosa, ut & de clystere, qui hic minime negligendus.

XXIV.

Sanguis autem quoconque modo vel ab externa aut interna causa, extravasatus & in medullam spinalem effusus, vix admittit curationem, nisi sponte, per aures, nares & os effluat, quo cerebrum exonerando liberetur. Et sic se habet cum apostemate cerebri rupto, pureque inde in medullam spinalem influente.

XXV.

Ultimo inchoandum duco, hujus gravissimi affectus, frequentissime ex Cacochymia pituitosa & colluvie serosa, exorti curam, consistentem in Cacochymiae correctione, causæ antecedentis ablatione, spirituum animalium sufficienti productione, atque obstructionis (pituitam incidendo attenuando & quoconque modo evacuando) resolutione, & cerebri & ventriculi corroboratione, hisce peragendis requiruntur diversa (simplicia composita & specifica cujuscunque conditionis interna & topica) medicamenta a plurimis authoribus satis copiose recensita, nunc sicco pede transienda, me conferendo ulterius ad hujus affectus, medendi methodum.

XXVI.

Ad ægrum itaque, hoc morbo correptum vocatus, sumatur circumspetione, habeatq[ue] rationem virium, ætatis &c. sine mora præscribat Clysterem, communem, vel sequentem fortiorem.

R. Rad. Angelic., iros nofrat aa. 3ij.

Herb. calaminth. ruthæ, salviae, pulegii.

Majoran. betonic. a. mſ., ſem. faniculi.

Carthami aa. 3ij. pulp. colocynth.

Nodulo ligat 3j. coq. f. a. in ſ. q. aq. cois.

Im

DISPUTATIO MEDICA

In colat. 3ix. dissolv. el. benedict. laxat.

Diaphanic. a. 3vj. salis gemma 3j.

M. F. Clyster. si fortissimus desideretur posset addi aq. benedicta ex infusione croci metallorum 3j. aut 1j. qui Clyster, exigente necessitate est iterandus.

Quoad phlebotomiam , illam hic censeo inconvenientem , quia pituita luxuriante , calor naturalis , ad hunc affectum discutendum tantopere necessarius , quadanterus infringeretur. Interea propinetur ægro per vices tantillum aquæ alicujus Apoplecticæ , infervientis incidendæ ac attenuandæ pituitæ , spiritibusque suscitandis & generandis , quod sequenti mixtura etiam satis apte perficitur.

R. Aq. liliorum convallium , lavanda,

Rorismarini aa. 3ij.

Ant-Apoplect. langii 3iij.

Tinct. castorei 3ij.

Ol. succini aut ejus sal. volat. 3iij.

Syr. de stachade 3j.

M. Usus sub inde Cochlear. eidem scopo satisfaciunt , salia volatilia , spirit. salis armon. & similia.

Humor tali modo præparatus , sequenti haustulo evacuandus.
R. Fol: senn: mund: 3ij. Agaric: trochifscat: 3iij. Turbith: gummos: 3j. galang: minoris 3j. coq: in f. q: aq: rorismarini, in colat. 3ij. dissolv: el: diacartham. 3iij. tintetur castorei 3iij. sal. succini volat: gr. viij. syr: de stachade 3iij. m. f. H. si pilulæ magis arrideant, sumantur sequentes R. Mass: pill: cochiar 3j. extract. cathol. resin: agaric: à gr. viij. troch: alhand: diagrid: à gr. iv. castorcigr. v. ol: succini, rorismarini à gr. ii. cum syrup: de stachad: q. f. fiant pilul: pro dosi, quæ certis diebus prout usus postulat, adhibendæ. Videtur etiam hic cum singulari successu , posse usurpari vomitorium , ad faburram pituitæ in ventriculo contentam evacuandam , spiritusque animales per irritationem fibrillarum ventriculi excitandos.

Lingua interim & palatum , Theriaca veteri vel mithridatio inun-

I N A U G U R A L I S.

ii

inungenda, non neglectis inunctionibus temporum nariumque balsamo quodam apoplectico, vel succini olco, quod maximæ est efficaciæ. Sternutationes sequenti pulvere per vices insti-tuendæ, calamo naribus inflando. R. Fol: majoran: ʒij., fem. nigella: ʒj. rad. Helleb: alb: ʒij., Euphorbii. ʒs., ambr: Gris: gr: iij. M. f. pulvis.

X X V I I.

Morbo æque pertinaciter perseveranti, præscribuntur ab Autho-ribus, cucurbitulæ cum & sine scarificatione, vesicatoria, fric-tiones, fomenta, emplastr. linimenta, & à quibusdam tanquam sumnum commendatur lamina ferrea ignita capiti caute admota, ad pituitam maxime resolvendam remedium, sicuti Fracastorio curcurbitula vertici imposita quasi unicum juvamentum, licet hæc duo posteriora mihi videantur vix ullius momenti esse.

X X V I I I.

Morbo jam declinante, somnoque profundo discusso, omis-sis remediis prædictis, cerebri corroborationi incumbendum, usu quotidiano opiatæ alicujus cephalic: aut tabellarum quarun-dam: etiam prædicta aq: anti apoplect: Nec singulari virtute hic destituuntur diaphoretica & diuretica. Diæta interim sit causis internis auferendis, corrigendis ciboque aromatisando accom-modata, de qua Authores consuluntur.

F I N I S.

CO-

COROLLARIA.

I.

Indubitata sanguinis circulationem agnoscimus, non repugnantem venæctioni revulsoria, aversoria ac derivatoria.

II.

Singultum motum dicimus diaphragmatis convulsivum, male ventriculi aut abdominis muscularum.

